



1. Boek / Friderici Samuelis / Diss. De Notione
Immensitatis Dei amplificanda. Co^m
templatione magnitudinis Mundi.
Regiomonti 1766. Autor G. C. Rerard.
2. Bode / Christophorus Augustus / Protevanⁿ
gelium Genesios Cap: IIII Vers: XV. Helmⁿ
stadⁿ 1763.
3. Boekmer / D. philip Adolph: / programma, de
Christo filio Domini, Halle 1763.
4. ——— programma, addita est illustratio
addita est: illustratio loci 1 Corinthⁿ XII, vers, 51,
Halle 1766.
5. ——— programma in Commentationem ad
illustrationem Actuum Apostolorum, 1766.
6. Buchner / D. Andreⁿ Elie: / programma in
diem natalem Christi, Halle 1768.
7. Carrach / Joh: Tob: / programma paraclati
Appellatione Spiritui Sancto tributa,
Halle 1764.

8. Faber / Joh. Ernesti / Descriptio Commentarj
in Septuaginta Interpretes, Goettinge, 1768.
part. prima - - - - - part. Secunda, 1769.
9. _____
10. Freylinghausen / Gottlieb Anastasy / Diff.
qua Analogia mutua Doctrinarum de
Beatitude Originali sistitur, Autor Gottlieb
Kirschhof. Hale, 1767.
11. Programma invitationem ad Gruner / Joannis
Friderici Disputationem S. Joannis Salomonis
Semler, Hale 1766
12. Gruner / M. Joannis Friderici / Diss. in II ad
Corinthios II. vers. 4 et ad Coloss. I, vers. 18 et
ad Hebr. I. vers. 3. Hale 1766.
13. _____ Diff. Spiritus Sanctus Apostolorum
Jesu Christi magister arguens Mundum
Hale 1768
14. Knapp / D. Joannis Georgy / Diff. qua Ratio
Baptismus ex veteris Institutionis Matth.
XXVIII, vers. 19 demonstratur, Hale 1765.
15. Loescher / D. Caspi / Diff. de Formularum
Fidei Necessitate, Wittebergae 1717.
16. Wernsdorff / D. Gottl. / programma Wittembergae
1717.
17. Meier / Georgy Friderici / programma in
latam christi nati Sollenitatem, Hale, 1768
18. Miller / M. Joannis Petri / Diff. de orthodoxia
cum Dogmatica, tum Ethica conjungenda,
Hale 1766

19. Noeffelt / D. Joh. Augusti / programma
Invitatorium ad Dissertationem Joannis
Petri Milleri pro gradu Doctoris Theologiae
impetrando, Halle, 1766
20. Noeffelt / D. Joannes Augusti / Diss. Vindicta
Loco Classici de Justificatione per fidem
in Jesum Christum, ex Epistola ad Romanos
Cap. III, vers. 21-28 Halle 1763, Autor
Christoph. Conr. Kahl.
21. ———— Diff. De interno Testimonio
Spiritus Sancti, Halle, 1766.
22. Semler / D. Joh. Lalom. / programma
invitatorium ad Dissertationem Joannis Augusti
Noeffelt ad impetrandos honores Docto-
ris S. Theologiae, Halle, 1766.
23. Noeffelt / D. Johann Augusti / Zuspriech an die
Studenten in Halle über die neffelondig.
Art der Religion zu untersuchen, Halle
1768.
24. ———— Prolusio in Sollemnitate
paschali proposita, Halle 1768
Commentatio ad Memoriam
25. ———— Spiritus Sancti in Apostolos effusi
conscripta, Halle 1769
26. Reccard / D. Gottlob Christiani /
programma de stella que magis nato
Christo apparuit, Ferijs natalibus
propositum, Regiomonti 1766

- 27, Schirachij /: Gottlob Benedicti / Diff. de
nonnullis ex Antiquitate Græcæ ad
novum Testamentum pertinentibus,
Hale 1767.
28. Schultze / Steph / Diff. Archaeologia Sacra,
Hale, 1756
29. Schultze / Joannis Ludovici / Diff. qua in
Sensum Epistolæ ad Romanos Cap. VIII
vers. 12 = 25 inquiritur, Hale, 1764.
30. Schwartz /: Gudofredi / Diff. de Operibus
Dei in Regno nature, Rintely 1764
Sigillatum 1-11.
31. Segner /: Andreæ / Diff. Festus Paschæ
Dies vite celebrandæ Hale, 1765.
32. Semler /: S. Joannis Salomonis / Diff. de
Tempore quo scripta fuerit Epistola
Pauli ad Romanos, Hale 1767
33. ——— Diff. rebaptizator fuisse de
quibus agitur Actorum XIX vers 5, confirmans,
Hale 1764.
34. Stieberitz /: Joannis Frederici / Diff. in Rom.
V. vers. 12 = 14 Hale 1767
35. Vogel /: Georg. Joan. Ludov. / Diff. in Inscriptiones
Palmarum, Hale 1767
36. ——— Tentamen Super Ratione
Interpretationis Capitis II Iesaja.
Hale 1766

37. Vogel / Georgy Joannis Ludovici / ~~Diff.~~
Interpretatio grammatica Capri LIII,
Jesue, Halle, 1768
38. Wulh / D. Christiani Guilielmi Francisci /
de Successione Ministrorum Ecclesie,
Goettinge 1768.
39. Zacher / D. Gottlieb Traugott / ~~Diff.~~
de usu dogmatico Nominis filij Dei,
Goettinge 1768.
40. Diff. Notio Fidei Biblica, Goettinge,
Jae 1769
41. programma de Die natali Domini,
Goettinge, 1768
42. programma ad sacra Pentecostalia,
Goettinge, 1768
43. programma ad sacra Pentecoster, Goettinge
1768.
44. programma ad sacra Paschalia, Goettinge
1769.
45. programma ad sacra Paschalia, Goettinge
1768
46. programma ad Pentecoster sacra, Goettinge
1767.

DESCRIPTIO COMMENTARII
IN
SEPTUAGINTA INTERPRETES

CUIUS PARTEM PRIOREM

AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM
ORDINIS

AD DOCTORIS PHILOSOPHIAE ET ARTIUM
LIBERALIUM MAGISTRI DIGNITATEM

INTER ANNIVERSARIA UNIVERSITATIS
SACRA

DIE XVII. SEPTEMBRIS MDCCCCLXVIII.
OBTINENDAM

PUBLICE


DIE XVI. EIUDEM

DEFENDET

IOANNES ERNESTUS FABER

HILPERHUSANUS

REGII COLLEGI REPERTENTIUM THEOLOGICI COLLEGA,
REGIAE SOCIETAT. TEUT. GOETT. ET REGII INSTITUTI DISCIPLINAR.
HISTORICAR. SODALIS EXTRAORDINAR.



GOETTINGAE

EX OFFICINA SCHULZIANA, CUR. F. A. ROSENBUSCH.

DESCRIPTIO COMMENTARII
IN
SETTUAGINTA INTERPRETES

CURAE BARTHEL. BRONKHORSTII
AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHOZUM
ORDINIS

AD DOCTOREM PHILOSOPHIAE ET ASTRONOMIAE
LIBERALIUM MAGISTRI INSTITUTIONIS

INTER ANNIVERSARIA UNIVERSITATIS
SACRAE

DIE XXV SEPTEMBRIS MDCCCLXXXV
GOTTINGAE

PUBLICE

DIE XVII FEBRUARII

MDCCCLXXXV

IOANNES ERNESTUS FABER

PHILOSOPHUS

PHILOSOPHIAE ET ASTRONOMIAE
LIBERALIUM MAGISTRI INSTITUTIONIS
GOTTINGAE

GOTTINGAE

PER OFFICINAM SCIENTIARUM, MDCCCLXXXV

AK





Quod diu in votis fuit, omiſſis rebus aliis, quas novite quidem commendatiores, quaefita ſpatii anguſtia in aliud tempus reicit, quid viris doctiſſimis de commentario in LXX. Interpretes conſcribendo placeat, hoc tempore exquirere licet. Opus enim arduum aggredi non minus quam utile, quod bono poterat conſilio adjuvari, levi aggravari errore, nemine ante in conſilium adhibito, temeritatis ac ſtultitiae videtur. Ad varias autem variorum ſententias de quaefione aliqua ſciſcitandas, quid tandem poteſt contingere opportunius, quid exoptatius publica diſputatione? Opus utile dixi, ſed idem difficultate, quae infra emerget, plenum: neque in eo cuiusquam metuenda mihi eſt reprehenſio. Graeci enim, de quibus quaeritur, Interpretes, quantum & ad ſanctiores & ad humaniores literas diligentius excolendas adjuvanti aſſerant, illud quidem hodie ita exploratum eſt ac perſpectum, ut amplior ea de re diſputatio ab hac litterarum luce quam maxime abhorrere videatur. Neque obſcura ſunt I. O. PEARSONII ¹⁾ I. O. HENRICI MICHAELIS ²⁾ I. O. FRID. FISCHERII

¹⁾ in *praefat. paraener.* ed. LXX. Intt. Cantabr. 1665. rec. in ed. *Leusden. Grabii, Breitingeri.*

²⁾ in *diff. de uſu LXX. Int. in N. T.* Hal. 1709, cui ob conſilii ſimilitudinem



RI³⁾, IO. DAV. MICHAELIS⁴⁾, qui summa omnes auctoritate fructus huius studii in omnes partes late sparfos descripserunt, nomina: quorum de hac re libris perlectis, quis est, qui, cum theologiae aut philologiae, in primis Orientalis, studium profiteatur, non arctiorem cum LXX. Interpretibus consuetudinem ac familiaritatem contrahendam exillimet: aut qui ea contracta non maiorem inde percipiat utilitatem, quam illi ostenderunt. Est enim quavis descriptione maior, & amplior spe atque opinione omni.

Quando autem Versionis Alexandrinae utilitatem tantis laudibus extollo, non aliam dico, nisi quam praestat illa universae philologiae, sacrae & profanae. Etenim quod in plurimis locis scripturae varietatem ostendit, hoc nomine cognitu non est modo utilis, sed etiam ad sententiarum divinarum perspicientiam plane necessaria. Fac enim Interpretes Graecos pro **שֵׁשׁ עָנָבִים**, cuius alterius verbi vim vulgo in *fundamenti* & *lignis* esse opinantur, Hof. VI, 1. non posuisse *περιματὰ* ⁵⁾ *μετὰ σαφιδών* (equidem, Hebraicis

con-
dinem addi potest Doctiss. CHR. FRID. SCHMIDIUS in *dispp. de versione Alexandrina optimo interpr. libr. sacr. praesid. specim. I. in epist. D. Pauli ad Hebr.* Lips. 1763. *specim. II. in Epist. S. Jacobi cathol.* ibid. 1764.

3) in *prolus. de Versionibus Gr. V. T. liter. Hebr. magistris.* Lips. 1762. in ea nondum est quaestio ad finem perducta: reliqua pars praedicitur nec ne, mihi ignotum.

4) VIR ILLUSTRIS, cui propter summa erga me merita publicas gratias ago, singularem quandam Interpretum Alexandrinorum utilitatem ostendit in *diff. de iudiciis Gnosticae Philosophiae tempore LXX. Interpretum & Philonis Iudaei*: quae iudicia quam vera & certa sint, ostensum est in illi adiuncta Viri S. R. ac propter non minora in me collata beneficia aeterna pietate mihi prosequendi CHR. G. V. FR. WALCHII *Recitat. de philosophia orientali Gnosticorum Syntagm. Commentar. Part. II.* Goett. 1762. praecipue huic pertinet Viri Illustris *Programma*, worin er von seinen Collegis ueber die 70. Dollm. Nach. giebt &c. Goett. 1767.

5) THEODORETUS ad h. I. τοιαύτα de τῶν κατὰ σκευαζῶν εἰσοδῶν δεῖσαν ὅτι τοῖς εἰδωλοῖς ἀνακεκμηνοί. CYRILLUS: ποτὴν αὐτῶν

convenientius, rescripserim *πεμματα σαφιδων* 6): ergoris causa in promptu est): & pro ΠΨΨΩΝΩ, quod verbum a superiore non nisi genere differre videtur, *εν μοραϊς* (legendum *εν αμοραϊς* 7): & 2. Sam. VI, 19. pro ΠΨΨΩΝ *λαγανον* 8) *απο τηγαων*: & τ Chron.

πε ταχα και μελιττετας (nam recte sic scribi monuit ALBERTI ad Hesych. quem vid.) *προσεκομιζον γαρ εις θυσιαν τοις δαίμοσι τα τοιαυτα πεμματα*. Pertinent huc illa ATHENAEI lib. III, 172: *πεμμάτων δε πρώτων φησι μνημονεύσαι Πάνυσσιν Σελευκος, εν οϊς περι της παρ' Αιγυπτίοις αιθροποδυσιας διγείται πολλά μεν επιδειναι λεγον πεμματα, πολλας δε νοσσαδας ορνεις προτερη Στησιχορη η Ιβουκ εν τοις αιθλοις επιγραφομενοις ερηκτος, φερεδε τη παρθενω δαρ ασαμιδας* (male ap. STERN. *δαραις ασαμιδας*: rectius *ΚΑΣΛΟΥ, δαραις σιαμιδας*) *χονδρον τε και εγκειδας, αλλα δε πεμματα και μελι χλωρον*. Quae bis quoque laudavit HENR. STERN. in *Carm. Ros. IX. fragm.* p. 58. & 62. Ed. III. HESYCH. *πεμμα* *ειδος πλακηντος*. Apposite ad hunc locum illa AELIANI V. H. III. 20. *ο δε απιδων εις τον πλακηντα, ηρετο, τι βελεται το πεμμα εκεινο ειναι: ο δε κομιζων απικηνωτο, οτι εν μελιτος, και τυρου* (coll. v. c. ATHEN. XIV. p. 647. D. nisi legendum *πυρε*. Sic ap. ATHEN. p. 645. pro *πυρε* alii *τυρε*), *και αλλων τινων κατεσκευασται* &c. aliter HESYCH. *πεμματα ποικιλια εδεσματα*, ita saepius apud ATHEN. alios, unde *πεμματα Βιτελλιανα* ap. 10. XIPHI. p. 309. ed. Sylb. sed haec vis minus nostro loco convenit.

- 6) legit quidem in suo codice *μετα* Arabs: sed vid. infra de aetate varr. legit.
- 7) HESYCH. *Αμορα* *σεμιδαλις εφθη συν* [pro quo omnes HESYCHII interpr. nulla necessitate legunt *πεφθετα* coll. ipso HES. ad *μελιτον* & *μελιτιον*] *μελιτι* ATHEN. XIV. 646. *Αμορα, τα μελιτταματα* coll. supr. Cyrill. & infr. Syr. mellis & liquoris cuiusdam ex uvis passis concreti promiscuus in conficiendis eiusmodi placentis usus fuisse videtur.
- 8) HESYCH. *λαγανα* *ειδος πλακηνταρις, ως τυρωδη* (lego *κατυριδια*, alii aliter), *απο σεμιδαλεως εν ελαιω τηγαυριζομενοι*,



Chron. XVI, 3. pro eodem, ἀμορην: 9) tamen lingua Arabica offerret, non מֵן mollis fuit, quasi LXX. Interpretes, huius verbi ratione habita, indicare voluissent iusculum molle ex uvis paratum, ut placuit S. R. BOYSENIO 10), neque enim ab מֵן potuit duci מֵן: sed *panem* & التواسي quod nomen significat *uvas quasdam albas, praestantissimis passis inde confectis nobilitas*: ex utroque enim Arabico, quod saepius fieri solet, Hebraeum conflatum puto: ut מֵן מֵן et מֵן מֵן ostendant *panes sive placentas ex uvis passis confectas*. Unde in Talmude מֵן מֵן explicatur, teste РОСОСКИО, גלוסקא, גלולא placenta magna: & Chaldaeus Exod. XVI, 31. habet מֵן מֵן pro Hebraico צִפְחִית placenta, dicta non tam a *superficie planata*, ut voluit SCHVLTENSIVS 11), quam a *latitudine*; nam *صفا* est dilatavit, et *صفيحة* latior rei facies, tabula. Hieronymus interpretatus est *vinacia uvarum*: quae quomodo intelligi voluerit, obscurum. *Lagenas* enim, quas voluit MARCKIVS, significari profecto noluit; potius *folliculos acinorum uvae*: addit enim: *quae uina non habent & pristinam gratiam perdididerunt*. *Vinacea* autem & *vinaceae* promiscue usurpari 12) ut σεμφύλα & γυγαρτε 13) notum. SYRVS habet {صفا} {صفا}; Hof. III, 1. quae in Bibliis Polygl. Londin. *macerata uvarum passarum* non rectius, quam a PETR. BE-

NEDI-

νον, και ἀρτιβραχει (verbum varie tentatum: lego ἀρτιβραχεις non: *recens*, ut ALBERTI, sed *prorsus madefactum*) ἐλαϊω. Coll. SVID. Varia quoque de his habet ATHENAEVS lib. III, p. 110. A. B. de nomine καρυειδια vid. ATHEN. lib. III, p. 113. D. εἰς de τα καρυειδια καλεμενα τερακτα, μιξερσ ἀσπερ και εἰς ἀρτον, i. e. ἀρτολαγανον, de quo ille ante.

9) Hes. ἀμορηντας (al. rect. ἀμορηντας). πλακεντας:

10) in den kritischen Erläuter. ad Hof. VI, 1.

11) ad excerpta ex Anthologia veterum poetarum p. 317.

12) GESNER. in Lexic. Rustic. p. 154.

13) NEEDHAM Geoponic, V, 9. VI, 13.



BENEDICTO in EPHRAEMO SYRO ¹⁴⁾, HIERONYMI auctoritate, vinacea uvarum conversa leguntur. Potius כַּמְדָּה videtur placenta mellita, ut HORATIO dicitur, *μελιττατα, μαζα μελιτι δευρμενη*, ut HESYCHIO. Unde EPHRAEMVS SYRVS *Hofscac* mentem ita descripsit: כַּמְדָּה? כַּל כַּמְדָּה לֹסַת כַּמְדָּה הַסַּח סַח אֲדָרָה? לֹסַת כַּמְדָּה כֹּס סְלֹסְלֹסַת כֹּסִי כַּמְדָּה? סַח. סַח אֲדָרָה? Sed pro instituto diutius in hoc verbo commoratus sum, plura praetermitto, quae his addi possint. Ex iis autem, quae sunt allata, si quae ad reliquas disputationis partes illustrandas pertinebunt, illuc transferantur velim: nam parce exemplis utendum est. Quamvis igitur versio Alexandrina declarandae multorum verborum vi ac potestati mirifice inserviat: tamen quoniam non nisi ope caeterarum linguarum Orientalium, quae fit recte aut temere cuique verbo tributa, investigari ac reperiri certo potest, studiosa eius peruestigatione supersedere quodam modo possumus. Sed quod ab Hebraicis saepe discrepantes nobis conservavit scripturas, ad diligentiorum librorum sacrorum cognitionem omnino necessarium eius studium videtur.

Tanta fructuum omnis generis, quos una fert tralatio Alexandrina, copia oblata, mirum cur defint, qui decerpant, decerpitque fruantur. Illud enim palam est, nondum Codici Hebraeo inde ea commoda & emolumenta quaesita esse, quibus etiam si minus egeat; tamen, quoad caruerit, minore cultu ac specie excellat. Neque vero ego immينو laudes, quas sua multis de versione Alexandrina merita pepererunt: quin summis eos dignissimos indico. Suus maneat honos BOSTIO, GRABIO, BREITINGERO, DRUSIO, FLAM, NOBILI, MONTEFALCONO, KIRCHERO, TROMMIO, aliis: sed quod dederunt, quamquam est in magni beneficii loco habendum, tamen non est, nisi quidam apparatus ad suscipiendum & perficiendum id, quod posterorum studio atque industriae iidem reliquerunt. Quam ob rem propria quaedam & ab aliis impedimentis feiuncta opera infumenda dicandaque est huic versioni. Adiuncta enim ea tantummodo Commen-

14) *Opp. Syriac, Tom. II. p. 237.*





mentario in libros Hebraeos, omnes muneris partes, quibus diligentia & solertia in Graecae versionis interpretatione invigilare debet, quomodo expleri putamus? Habuimus GROTIOS, DRUSIOS, MARKIOS, ut alios omittam, qui sententiis Codicis Hebraei Graecae versiones admiscerent: sed manca & imperfecta ista cura fuit. Graeca saepe posuerunt: quae esset eorum mens, qui consensus cum Hebraicis, quae discrepantia ab iisdem, quae horum omnium causae & rationes aut omiserunt, aut negligenter explicarunt. In alia saepe omnia abierunt. Ne plura memorem, quae in hoc labore iudex paulo acrior & diligentior desideraverit. Fuerunt etiam, qui singulorum quorundam librorum collationem instituerent, ut LIGHTFOOTUS ¹⁵); WESLEYUS ¹⁶). Sed multo labore parum utilitatis in medium attulere. Neque ut in explicando Codice Hebraeo, simul Graecis Versionibus satisfiat, fieri ullo pacto potest: adeo summa rerum & verborum difficultate & obscuritate occupatum Hebraica & districtum interpretem tenent. Dum fixis fere oculis Hebraica intuenda sunt, multa fugiunt de Graecis, animo diutius retinenda. Multa sunt etiam in Graecis notatu dignissima utilissimaque, sed quoniam non proxime attingunt sermonem Hebraeum, in hoc exponendo praetermittenda. Accedit, quod Index Graecarum versionum Viris doctis iam diu frustra fuit desideratus. Nam KIRCHERI TROMMII, MONTEFALCONI opera quamquam sint quaedam quasi lexica, neque usus illa contemnendi: tamen minore, quam quo illi volumina sua perfecerunt, labore conferri posse, videtur aliud longe utilius elaboratiusque. Sunt in manibus quaedam specimina, alterum BIELII ¹⁷), IO. CHRIST. FISCHERI ¹⁸) alterum. Cuius quamquam clavis non in Alexandrinae versionis, sed reliqua-

15) vid. *Versiones prophet. min. Gr. & Vulg. nec non Targum cum Hebr. fonte collatae*, in *Opp. eius Posthum.* p. 19. 26.

16) in *diff. in libr. Jobi Lond. 1736.* quibus adiectus est: *Libri Jobi textus Hebraicus cum paraphrasi chaldaica & versionibus plurimis collatus.*

17) *Exercit. de lignis ex Libano ad templ. Hieros. aedif. peritis &c. addunt specimina Novi. Thesauri philol. sive Lex. in LXX. & alios Intr. & scr. Apocryph. V. T. Brunsw. 1740. 4.*

18) *Clavis reliquiarum Versionum Graecar. V. T. Aq. Sym. Th. qu. sext.* &



rum, quantum istarum translationum ad nostram aetatem pervenit, vocabulis enumerandis versatur, tamen huius, quem quaerimus, laboris pars censenda est. Quae quidem, quod bona eius venia dixerim, haud dubito, quin absolutior futura fuisset, si commentario posterior prodisset. Neque enim spes est ulla boni lexici, Graecarum versionum thesauros recludentis, nisi fuerint ante illae ipsae quasi ordinae dispositae & ad cuiusque usum promptae ac paratae. Quod quibus rationibus, ad omnes litterarum sacrarum partes utiliter fieri oporteat, paucis age videamus.

Multas vero & maxime discrepantes doctissimorum virorum de hac Graeca versione sententias esse constat. Auctores enim qui & quot fuerint, qua causa adducti laborem susceperint, omnes, aut partem modo sacrarum librorum Graecae ab initio verterint, & quae sunt quaestiones huius generis plures, inde a multo tempore acriter disceptatum fuit ¹⁹⁾. Ut enim alii Aristeae historiam tanquam veritati Judaei fabulam prorsus reiiciendam arbitrantur, quorum, ni fallor, primus fuit, LUDOVICUS VIVES, ²⁰⁾, ita alii omni virium contentione eandem propugnant. Meus quidem animus, in neutram partem inclinat. Quodsi enim Aristeae historiam lego, statim fabulam cogito; manibus depositam, per omnia fictam putare, audaciae videtur, contra a re aliqua vere gesta originem ducere, acquita-

Et sept. Specimen. Lips. 1758. quo etiam in libello duplicem *Clavem Versionum Graecar. Vetr.* promisit Auctor de hoc litterarum genere meritissimus etiam nuperrima *Numer. Et parvic. Deuter. Gr. Ed. e Cod. MS. Bibl. Coll. Paul. Lips.* Lips. 1768. 8.

- 19) auctores, qui ad hunc locum pertinent, nominarunt AUGUST PFEIFFER, in *Critic. sacr.* Cap. XI. § 16. p. 323. 324. JO. CONR. SCHWARZ ad Jo. Olear. de stilo N. T. libr. p. 295-299. CARPZOV, in *Crit. S. V. T.* p. 481. 482. 491. JO. GE. GERLT in *Com. histor. crit. de causis discrepantiar. vers. LXX. viral. a text. orig.* Onoldi 1742. p. 1-16. S. R. IO. GE. WALCHUS in *Biblioth. Theol.* T. IV p. 136 sqq.
- 20) ad *Augustin.* de civit. Dei libr. XVIII, c. 42. coll. *Histor. Aristaeae &c.* per JACOB. MIDDENDORPUM Colon. 1578.



quitatis. Tum eo me suspicio ducit, ut LXX. illis viris, qui vulgò auctores feruntur, ab Alexandrinis religione & reverentia codicis Hebraei plenis, quo tempore sermonis Hebraici usus ad interitum properaret, curam legis Mosaicae in Graecam linguam convertendae commissam esse coniciam: eos autem non ipsos versionem perfecisse, sed quinque viris ex medio suo, quos existimarent huic operi maxime idoneos hunc laborem iniunxisse: a quibus absolutam translationem, quum LXX. viri approbassent, reliquos libros sacros per alios homines e medio suo delectos, non ita multo post, fortassis Ptolemaei Philometoris aetate, quando templum Heliopolitanum aedificaretur, Graece convertendos curasse videntur. Ita quae versio populi iussu instituta fuit, publicam auctoritatem obtinuit. Numerus autem operi praefectorum a concilio olim a Mose constituto, eiusque formam referente senatu Hierosolymitano ²¹⁾, forsitan quoque ex alia quadam superstitione, ut interpretum a quinque Mosis voluminibus, ductus videtur. Hinc LXX. *virorum personis*, hinc *מעשה בחמשה אנשים* *operis per quinque seniores confecti* appellatio orta.

Nec minor intercedit de Interpretum auctoritate in explicandis verborum notionibus definiendoque, quid in quaque scriptura verum sit, inter viros doctos dissensio. Quare quid de interpretatione verborum sentiam, hoc loco breviter dicendum: nam de auctoritate in re critica infra disputandi locus erit. Linguae Hebraicae iustam scientiam in Alexandrinis Interpretibus fuisse, negant non pauci, sique omnes, qui linguae Hebraeae usum per exilium Babylonicum interiisse opinantur ²²⁾. Alii nimis eosdem laudant, ut BELLARMINUS, in primis VOSSIVS ²³⁾. Cautius alii linguae Hebraeae Magistros

21) Etiam si tunc temporis nullum fuerit, ut placuit LIGHTFOOTO in Exercit. Talm. in Act. IX, 2.

22) e. c. JOHANNES LUDOLPHUS in Comm. ad histor. Aethiop. ANTON. VAN DALE diss. super Aristeae de LXX. Interpr. p. 166. qui Judaeos Hebraeae linguae plane oblitos eo tempore opinatur.

23) in diss. de LXX. Interpr. Hagae Com, 1661.



gistros faciunt, ut Cl. FISCHERVS. Operae igitur pretium est, paulo altius rem repetere; quoniam pro varietate opinionis varia quoque fit necesse est commentarii species ac forma.

Primo igitur loco de linguae Hebraicae quae & quanta sit illi aetati vindicanda, cognitione. Ac temporis quidem, quo scripterunt faciem intuenti, quin puritas linguae Hebraicae ac prisca pulchritudo perierit, usui eius relicto, dubium esse nequit. Testes sunt libri ex hac aetate ad nostram memoriam transmissi, HAGGAEI, ZACHARIAE, aliorum: quanquam in re tam manifesta quid testibus non necessariis utor? At maior Chaldaici sermonis consuetudo, potissimum inter plebeios, Penes quos cum linguae arbitrium sit, multa verba Chaldaica, multas etiam notiones Chaldaicas Hebraicis admixtas in patriam retulere. Hinc faciem Chaldaicam lingua Hebraea contraxit. Sed haec quidem illius fata inter Judaeos Palaestinos. Ex quibus si missi fuissent nostri Interpretes (ut hoc alieno loco intericiam) quemadmodum narrat ARISTEAS, vix dubito, quin haud pauciora Chaldaicae linguae vestigia in ipsorum versione extarent, quam in Chaldaea & in commentariis Judaeorum. Sed cum multorum verborum vim ac potestatem aliter ac Chaldaei tradiderint, promptu & facilis est coniectura, Hierosolymis non accessit in Aegyptum venisse: id quod graecae linguae ignoratio, certe non tanta cognitio, quanta in LXX. interpretibus fuit, eo tempore per Judaeam, confirmat. Quare ad linguam Judaeorum Aegyptiorum, quos Alexandrinos dici mos invaluit, animus transferendus. Quam quidem minus a pristino more recessisse ex temporum ratione colligitur, quibus Judaei in Aegyptum abducti fuerunt. Primum hoc accidisse sub Alexandro M. deinde Ptolemaeo Lagi communis Historicorum consensus docet; neque illud quidquam dubitationis habet, sub Ptolemaeo Philometore, & infrequentibus temporibus multis eodem abiisse, patria relicta. Sed ante has turbas alios illuc translatos memorat ARISTEAS, cuius verba hic afferenda videntur: ἡδὴ μὲν καὶ πρότερον ἰκάνων ἐπέληλυθότων συν τῷ Περσῇ, καὶ πρὸ τῶν ἑσπερῶν συμμάχων ἐξαρτεβάλμενων πρὸς τὸν τῶν Λιθιοπῶν βασιλέα μάχουθαί



μαχῆσαι σου Ψαμμετιχω. Mirum in his verbis haud vulgaris momenti non commemoratum fuisse HODIVM. Nihil assertit, praeterquam quod ARISTEAM gravissimae incitiae accusat, quasi magnam illam Judaeorum turbam ab Alexandro in Aegyptum deductam ignoraverit: fortassis, quod omnia ab eo falso tradita aut ignorata censeret, quem semel reprehendendum suscepisset. Quis enim est iste *Persa*, quem narrat ARISTEAS? haud dubie ipse *Alexander M.* Illum enim non magis Macedonum quam Persarum regem existimari haberique voluisse, haud obscure apparet ex eo, quod, auctoribus IUSTINO 24), CURTIO 25), aliis, habitum, diadema, annulumque litteris in Aliam mittendis imprimendum, Persicum adhibuit. Quin IUSTINVS: *Inter haec, inquit, indignatio omnium totis castris erat, a Philippo illum patre tantum degenerasse, ut etiam patriae nomen eiuraret, moresque Persarum assumeret, quos propter tales mores vicerat.* Mire hic locus torset Interpretes: quem vel corruptum opinati sunt. Sed collatus cum verbis ARISTEAE, *Alexandrum* nomen regis Persarum ascivisse, extra omnem dubitationem ponit. Si quis tamen Aristeam ad expeditiones Persarum in Aegyptum spectasse maluerit, haud ego quidem valde refragabor. Aliam multitudinem Judaeorum, regnante *Psammeticho* in Aegyptum pervenisse, nequaquam a vero abhorret. DIODORVS SIC. 26), *Psammetichum* narrat exterrorum amicitiam sibi comparasse, *milites ex Arabia, Caria, & Jonia conduxisse*, quorum auxilio undecim socios regno eieceret, Judaeis, ignobili gente, omisissis, aut Arabum nomine comprehensiss. Clade accepta, testibus PLINIO 27) & STRABONE 28), multi in

24) Lib. XII. c. 3. & 4.

25) Lib. VI. c. 6. & X, 3. faciunt etiam huc quodam modo illa Zosimi Hist. lib. I, p. 634. ed. Sylburg. *αυτος δε παρελθων επι την Αgyptον, τω τε Αμμωνι προσευξαμενος, και τα περι τον Αλεξανδρειας οπισμον εν μαλα διακησαμενος, επανηει τα λειπομενα τε προς Περσας πολεμε πληρωτων.*

26) lib. I. p. 42. b.

27) lib. VI, c. 30.

28) lib. XVI. p. 770. d. 786. b.



in Aethiopiam confugerunt: quos haud quietos ibi degisse facile existimari potest. Et cum *Caribus & Jonibus*, teste HERODOTO 29), fundos ad utrumque Nili latus dedisset, idem beneficium in Aegypti amore flagrantibus Judaeos patriamque variis casibus afflictam fugientes, ab eo collatum credibile est. *Azoti* expugnatio per *Psammetichum* fidem rei addit 30): omnium vero maxime auctoritas librorum sacrorum. Hinc lingua Judaeorum Alexandrinorum minus a prisco more averſa, minus chaldaicae conformata, plus puritatis retinuerit necesse est, ea, quae in Palaestina circa Christi aetatem obtineret. Sed ut temporis ratio ferebat, mox inter eosdem Graecus sermo invaluit, Hebraeo sensim in desuetudinem abeunte. Cuius ipsius aetatis fuerunt LXX. Interpretes. Quamobrem eos plurima ab interitu servasse, alia coniectura esse auguratos, alia opinionis errore finxisse, in vocabulis praesertim translatis, multorum terminos aut nimis ampliassse aut arctius contraxisse, quum non inflam ac definitam omnium dictionum notionem animo informatam habuissent, ex temporis versionisque ratione augurari & statuere licet.

Deinceps ratio habenda est soli, quod illos tulit. Cum enim nomina cum rebus ea necessitudine conjuncta sint, ut illa his quasi inhaereant: ignorantia rei verbi obscuritatem sibi adiunctam habet. Jam nostros Interpretes, a patria procul remotos aluit solum peregrinum. Unde quae Palaestinae propria erant: ea desueta ignorabant. Sui cuique genti mores, qui cum solo mutantur. Unde *ἀληθειαν*, quam narrat AELIANUS & DIODORUS Sic. non pro אמת, ut placuit TROMMIO, sed pro אמית Exod. XXVIII, 30. Levit. VIII, 8. Deuter. XXXIII, 8. reddiderunt. Hinc *νοστος*, hinc *ἰσποδοσμος*, alia, quibus patriam prodiderunt. Iam pene servilis conditio, quam narrat ARISTEAS 31), a litterarum certe studiis abstracta, quicquid eru-

29) c. 154.

30) Jo. MARSHAM Can. Chr. p. 542.

31) Judaeos in Aegyptum a Ptolemaeo Lagi traductos certe per aliquod temporis spatium servili fuisse conditione, equidem putaverim. In dubium vocavit HODRUS in *diff. contra Aristaeae Histor.* LXX. Interpr. p. 54. At vero concedit HODRUS, Judaeos illos e patria deportatos fuisse ob seditiones in Syria concitatas. Unde velim eius illa iudic-



ditionis nomen complectitur, ex animo vitæque, magna ex parte, abstulerat. Videas tamen hinc inde, in uno itemque altero perditarum litterarum reliquias, non minus quam vestigia ingenii elegantioris. Quin interdum consulto male transtulerunt, partim ob metum Aegyptiorum, partim in honorem gentis suæ, & quæ fuerint causæ aliæ ³²). Atque ut variorum auctorum varia est oratio, ita quoque pro diversitate librorum, ampliorem, angustiorem linguæ Hebraicæ cognitionem ostenderunt Alexandrini. Quo enim est frequentior libri cuiusque usus & consuetudo, eo diligentior promptiorque verborum, quibus continetur, memoria. Hinc de Pentateuchi versione existimandum est ³³).

Sequitur, ut de lingua dicamus, qua interpretando usi sunt. Erat Graeca, quæ tum per Aegyptum late regnabat. Ne quis vero me hoc loco revocet ad acerrimas istas disceptationes inter HEINSIUM & SALMASIUM, quæ parum profecto lucis huic quaestioni attulerunt. Equidem Judæorum Alexandrinorum non alium suspicor fuisse sermonem,

dicentur. Si fingere voluit Aristeas, illud ficturus erat, quod vult HODIUS. Vera igitur videntur illa Aristeæ: *τὸς μὲν μεταωκισεν, τὸς δὲ ἠχμαλωτίσε*: nec minus illa: *ἐπιλεξας τὸς ἀριστὰς τοῖς ἡλικίαις καὶ ῥώμῃ διαφερόντας, καθ' ὅπλαισεν*. Το δὲ λοιπὸν χυμὰ πρεσβυτέρων καὶ νεωτέρων, ἐπὶ δὲ γυναικῶν, ἔιασεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν &c. coll. *Epist. Reg. Ptol. ad Eleaz.* Sed quod paullo post rex multos manumisit, inde fingendæ occasionem cepisse videtur Aristeas. Vid. *Ep. Ptol. prior. ap. Pseudovarietatem Epiphani.* Itaque non abhorret benevolentia regis erga Judæos celebrata JOSEPHO lib. II. *contr. Apion. & Antiqq. XII, 1. & HEGESIPPO Anacephal. de excid. urb. Hieros.*

- 32) cuius rei specimina quaedam dedit SAM. WESLEYUS *diff. LIII.* quæ inscribitur: *textus nonnulli a LXX. nimis caute versi & de eorum additamentis ad fin. Jobi p. 402. sqq.* de quibus etiam *conf. potest FABRIC. Cod. Pseudepigr. V. T. Vol. I. p. 791. & GRABIVS diff. de varr. Lectr. LXX. Intt. versioni ante B. Origenis acv. ill. p. 41.*
- 33) unde mirum in Exodo tantam esse non versuum modo, sed maiorum etiam partium perturbationem, de qua vid. *GRABIVS l. c. p. 9. sqq.*

monem, quam qui inter caeteros Aegyptios Graece loquentes obtineret, quaeque Moschorulo dicta est *ἡ τῶν Ἀλεξανδρέων διαλεκτός*, καὶ ἢ ἡ θεία γραφὴ γεγραπται. Contrarium certe nemo facile ostenderit. Ea enim quae novo Testamento propria est, singularis quaedam oratio, in hac quaestione nullam vim habet. Aegypti & Palaestinae maxima diversa ratio fuit. In altera terra dominabatur lingua Graeca, in altera quaedam ex Hebraica, Chaldaica, Syriaque mixta, cui quasi, ut arbori ramulus, sic Graeca insita fuit. Haec igitur non poterat, quin velut colore quodam Hebraico induceretur. In Aegypto contra cum Graeca eaque pura invaluisset, Iudaei Alexandrini eidem, a patrio sermone desuefacti, pedetentim assueverunt, non aliter atque homines Gallici aut Anglici in Germania degentes, etiam servata vernacula, nostrum loquendi morem imitatione exprimere solent. Neque aliter in his terris Iudaei, qui quamvis Hebraicae consuetudini nostram linguam interdum accommodant, sponte tamen id faciunt, non imperitia abrepti. Nemo certe Mendellonio corruptam & Hebraica infectam exprobravit. Manifesto exemplo est PHILONIS oratio, quam quis ex Hebraea Graecaque mistam dixerit? Quin & ipse JOSEPHUS & doctores christiani puram Graecitatem scribendo expresseverunt. Quod enim propria quaedam habent, reliquis auctoribus non frequentata, ut *σίσση, ἐντομίδες, ἀθύρον*, illud quidem de quolibet auctore Graeco dicendum, Atque etiam si forte ad Macedonicum aut Thesalicum morem propius accesserit lingua Alexandrina, tamen Graeca eaque pura mansit. Sed iam ad eam, quam sequuti sunt nostri Interpretes. Quos quidem non alia, nisi huic aetati reliquisque Iudaeis Alexandrinis consueta usos, quid vero simile est? Unde vero, dixerit quispiam, istud tam singulare, tam incultum, tam horridum dicendi genus, quo infecta & contaminata sordet eorum versio? Duae res in causa fuerunt, religio & imperitia. Illa impedimento fuit, quo minus Hebraica ad Graecam consuetudinem apposite interpretarentur. Hac autem vacare non poterant homines a litterarum commercio semoti, quando paullo absolutius perfectiusque interpretationis exemplum, quod imitarentur, neque haberent, neque formam eius ac speciem investigando inventam

mente



mente & ratione conciperent. Magna eorum pars librariorum exemplum sibi propofuisse videntur, qui quot verba buccis capere licet, alternis vicibus in alias chartas conuicere solent. Unde faepe perpetuam orationem ac sententiarum confequutionem defideraveris. Ab altero vitio nulli, pauci ab altero, ac ne vix quidem integros atque immunes fe conseruarunt. Sed qui hunc novum linguae genus fingere voluerit, is etiam e Latina versione vulgari nostrisque de verbo factis novas linguas aut dialectos elici posse affirmet necesse est ³⁴). Quantum autem ea, quae haftenus disputata sunt, ponderis ac momenti habeant in intelligendis & explicandis Interpretibus Alexandrinis, tum ex ratione contraria, quam nonnulli hodie tenent & inculcant, tum ex iis, quae inde sponte sua confequuntur, apparet. Sed haec aliaque proximo tempore referenda sunt.

34) Vid. Jo. CONR. SCHWARZ de Stilo LXX. Interpr. in Olearii libro de Stilo N. T. p. 299.

APPENDIX.

1. *Mentis animique agitatio hac in vita interdum nulla est.*
2. *Somni sedes in animo, non in corpore quaerenda videtur.*
3. *Mentis agitatio post hanc vitam perpetua esse potest, etiam nullo corpuscule involutae.*



78 L 1708

ULB Halle
002 390 507


3



Sb.

Fi. 100.







DESCRIPTIO COMMENTARII
IN
SEPTUAGINTA INTERPRETES

CUIUS PARTEM PRIOREM
AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM
ORDINIS

AD DOCTORIS PHILOSOPHIAE ET ARTIUM
LIBERALIUM MAGISTRI DIGNITATEM

INTER ANNIVERSARIA UNIVERSITATIS
SACRA


DIE XVII. SEPTEMBRIS MDCCCLXVIII.
OBTINENDAM

PUBLICAE
DIE XVI. EIUDEM

DEFENDET

IOANNES ERNESTUS FABER
HILPERHUSANUS

REGII COLLEGI REPERTIUM THEOLOGICI COLLEGA,
REGIAE SOCIETAT. TEUT. GOETT. ET REGII INSTITUTI DISCIPLINAR.
HISTORICAR. SODALIS EXTRAORDINAR.



GOETTINGAE

EX OFFICINA SCHULZIANA, CUR. F. A. ROSENBUSCH.

